



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

40. De compositione Presbyteri si occisus fuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Decompositione Presbyteri, si occisus fuerit. *Ex eodem.*

XL. Presbyter vulneratus aut cæsus, si mortem evaserit, tota compositio cedat Presbytero. Si verò mortuus fuerit, compositio in tres dividatur portiones; id est, altari cui Presbyter deserviebat pars una, altera Episcopo, tertia parentibus Presbyteri solvatur.

Concil. Tri-
bur. c. 4.

De eadem re. *Ex Capitularium libro II.*
cap. XLIX.

XLI. Presbyteri interfecti compositio Episcopo ad cujus parrocchiam pertinent solvantur secundum Capitulare gloriosi Karoli genitoris nostri, ita videlicet ut medietatem vvirigildi ejus Episcopus utilitatibus Ecclesiæ cui præfuit tribuat, & alteram medietatem in elemosyna ejus justè dispertiat: quia nullus nobis ejus heres proximior videtur quàm ille qui ipsum Domino sociavit.

Lib. 4. Capitular. c. 15.
Burchard. lib. 6. c. 11.
Vide notam Corrector. Rom. ad c. Omnes Presbyteri. 17. q. 4.

De eo qui sacerdotem occiderit. *Ex Concilio Vvormaciensi.*

XLII. Qui sacerdotem voluntariè occiderit, carnem non comedat & vinum non bibat cunctis diebus vitæ suæ; jejunet usque ad vesperam, exceptis diebus festis atque dominicis; arma non sumat, equum non ascendat, Ecclesiam per quinquennium non ingredietur, sed ante fores Ecclesiæ stet; post quinquennium Ecclesiam ingredietur, nondum verò communicet, sed inter audientes stet vel sedeat. Cùm autem fuerit duodecimi anni

Concil Vvormac. c. 26.
Burchard. lib. 6. c. 8.

Vide Morin. lib. 7. de penitentia c. 7. §. 8. 9.